

iniquam enim meritis tuis mercedem redditurum se existimat, si pro delatis honoribus, pro gloria, pro maximis opibus, quibus eum decorasti, nunc arripere tibi studuerit que immensa virtute preter omnium opinionem magnanimus recepisti. quod ne credas. neque enim ulla re induci posset ut tibi hostis fieret, cui se, animam 5 resque suas constantissime devovit. neque, ut ^(a) certus sum, eam existimationem habes quam multi, ut, quam cito quis prodesse desierit, obesse credas. tandem igitur, quoniam dixi non multa michi verba facienda esse, redde gratiam viro forti et fideli, aut saltem filio eius, civi tuo, qui non minus litteris quam genitor 10 suus armis clarus est; et que ille liberalitate tua et sua virtute congegessit, possidere eum sinas, nec pati velis ut benemerite virtutis premia perfidia occupet. communi proverbio accepi, placere principibus, non his qui palam vincere student, defectiones ad se proditioesque, sed non defectionum auctores ^(b). 15

II.

P. P. VERGERIO IN NOME DI CICERONE A FRANCESCO PETRARCA ^(c) (1).

[Cod. Laur. Ashburnham. 269, c. 34 (L); C, c. 216; R, c. 116; G, c. 87].

Cicero Francisco [Petrarche] sal.

Padova (?)
1 agosto 1394 (?)

SERO iam tandem, quisquis es ^(d), epistolam tuam habui, quando 20 quidem nichilo magis profutura michi lamenta quam consilia videbantur. subegisti me prioris vite ^(e) reminisci et in antiquam

(a) O vi (b) In O manca quest'ultima proposizione, che può essere un'aggiunta del Ramusio. (c) R P. P. Vergerius nomine Ciceronis ad Franciscum C Responsio domini P. P. Vergerii pro Cicerone facta G Petrus Paulus Vergerius nomine Ciceronis ad Franciscum Petrarcam. In L manca il titolo, e l'epistola comincia senz'altro con Cicero Francisco Petrarchae sal. C pure reca la formola Cicero Francisco s. che R e G omettono. (d) L ep. tuam, quisquis es (e) RG vite prioris

(1) È noto come a Verona nel 1345 il Petrarca avesse la fortuna di scoprire il corpo delle *Epistulae ad Atticum, ad Quintum Fratrem, ad Brutum*, e come scrivesse poi quella lettera indirizzata

a Cicerone, che, stampata per la prima volta nel 1501 nella piccola raccolta di cinque lettere intitolata *Ad quosdam ex illustribus antiquis*, è ora numerata *De reb. fam.* XXIV, III. (Cf. A. HORTIS,